

In tractatum de usu Lienis.

Sanguineum nectar splen quomodo viscere
promat,

Et jecori ex æquo fœdere præstet opem;
Ist hæc Naturæ ingenioso codice Matris

HOFMANNUS prodit sacra, recludit opes:
Et quæ Pergamei Doctoris flumine manant,
Quæq; Stagiritæ pressius ore, canit.

Dignum autore opus, & cedri quoq; cortice
dignum!

Ingenio si quod stat sine morte decus.
Sic quisquis Sophiam & Meditrinam jungit &
ornat,

Vivat iò, & volitet docta per ora virum.

Casspar Dornavius.

Quæ substantia, quis lienis usus,
Eiusdem quoq; quis situs, figura,
HOFMANNUS docet meus libello
Docto (Iuppiter!) & laborioso.
Id quod strictim alij, ille copiosè,
Et clarè exsequitur tenebricosa.
Verborum nitor, arguendi acumen,
Et multæ seges eruditionis
Raris singula contigère libris:
Verborum nitor, arguendi acumen
Et multæ seges eruditionis
HOFMANNI aureolo eminent libello

Uno